



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

46 Et loquebar de testimentijs tuis in conspectu regum: & non  
confundebar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

sam reddit. Percurritur & in latitudine, id *Sup. v.*  
est, in lœtitia cordis, de qua dictum est. 32.

Quantæ autem misericordiæ sit ambulare  
in latitudine, docet eorum miseria, qui  
ambulant vias difficiles : laffantur in via  
iniquitatis : errant à veritate, nec sol ori-  
*Sap. 50.*  
tureis : vt illi apud Sapientem conquerē-  
tes, & gementes euenisse sibi pœnitentia  
sera fatentur.

46 Et loquebar de testimonijstuis in  
conspectu regum: & non confunde-  
bar.

CVR enim confundatur, cum loquatur  
testimonia Dei, quæ sanctissima, & re-  
stissima sunt? quæ lucidissima, animas *Psal. 18.*  
conuertentia, quæ immaculata, & à tan-  
to legislatore sancta? Cur confundatur, Timor, &  
qui ex meditatione, & obseruatione diuine cupiditas  
legis illud consequitur, vt utramque por-  
portæ cō-  
fusionis.  
tam, vnde verè confundi poterat, occlu-  
dat hosti, qui confusionem nostram soli-  
citat, & sine intermissione procurat, cupi-  
ditem scilicet, & timorem? Qui nihil  
optat, nihil metuit, loquitur cum fidu-  
cia, loquitur sine confusione. Loqueba- *Marc. 6.*  
tur cum fiducia Ioannes in conspectu He-  
rodis Regis : loquebantur & Martyres in  
conspectu Regum. Denique verba Domi- *Zelus ta-*  
ni eiusmodi sunt, vt ab amante in quo- *cere ne-*  
uis periculo taceri non possint. Vnde & quit-

Q. 4 Iere-

**Cap. 20.**

Ieremias, qui videns populi duritiem struerat iam non loqui amplius. Factus est, inquit, in corde meo quasi ignis exstinctus, claususque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens. Loquitur & sine confusione, qui facta dictis adaequat. Alioqui (ut qui dicit, ait S. Ambrosius) ipsa obmutescit facula, & facit. dia, si ægra sit conscientia.

**47** Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

**Dilectio delectabili facit mandata.** Vox Hæbreæ meditabar, significat deliciabar: qua ostenditur, non ut cum illum meditatum fuisse legem, sed magna cum delectatione, & spirituali gustu. Nec vero id mirum, sed subditur statim causa, cum additur (**Q** 1<sup>o</sup> dilexi) **Psal. 4. 61.** Quæ enim diligimus, cum gaudio, & delectatione meditamus. Eant nunc vani filii hominum, & mendaces in stateris: eant & conquerantur, nec latitudinem se in hac via, nec delectationem experiri; sed contra difficultates, anxietates, spinas, & punctiones. Sed ipsi, quia non amant, hæc afferunt sibi: quemadmodum in Isaia scriptum est. Orientur in domibus eius spine, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile Draconum, & pascua strutionum. Perpende quam sit dispar virtutumque conditio. Ut vero caritas crescat, quæ delectationem in his parit, mi-

**Isai. 34**

nue  
veluti  
conter  
ta con  
48 Et  
tu  
**L** Eu  
No  
ascella  
cas pos  
dens, n  
quo pig  
somno  
dormit  
dormia  
nas, &  
festand  
vero in  
sis tua,  
enim d  
celorum  
tibus be  
in manc  
lantibus  
Secun  
quia ma  
ta atting  
perem, s  
go vt ea a  
nus. Do